

que civitatibus, terris, oppidis, ac locis, etiam in Ecclesiis, Monasteriis, aut Conventibus Regularium quoruncumque, publice, vel privatim, quomodocumque profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus huiusmodi habere, vel exercere.

Nec Doctores ipsi, aut universitatum, seu gymnasiorum gerendum Rectores, Cancellarii, vel alii superiores, sed nec etiam Palatini Committes, aut alii particulares facultatum eruditi viri ad eisdem gradus promovendi, etiam a nobis, & apostolica Sede, vel alias undecumque habentes scholares tam laicos, quam clericos, & cuiusvis ordinis Regulares, vel alios quoscumque, quantalibet eruditionis praeditos ad illum gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere, & admittere.

Nec Doctores, Magistri, & scholares ad electionem aliter in Rectorem, vel Cancellarium universitatis, aut gymnasii procedere. Nec si ipsi scholares, vel alii quantumlibet docti, & aliquam habiles, gradus huiusmodi, vel eorum aliquem palam, vel privatim recipere valeant, nisi Doctores videbunt, ac Regentes, Magistri, & alii professores iam ad cathedras, & lecturas recepti in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses, a die publicationis praesentium computandos, reliqui vero ad cathedras, & alias lecturas in possessionem ibidem assumendi, ante illorum receptionem in Rectores, vel aliorum superiorum, eligendi autem in Rectores vel Cancellarios ante illorum electionem, vel saltem admissionem, in Ordinarij loci, vel eius in spiritualibus Vicarij, aut Doctorum, aliorumque promotionum manibus, praevio etiam processu, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur super religione fideque catholica, Lectorum, Cancellariorum, Doctorum, Rectorum, & promovendorum eorundem per ipsos locorum Ordinarios vel eorum Vicarios rite facta procedente, eandem catholicam fidem, verbis iuxta forma praescripte tenorem conceptis palam, & solemniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, & fidei professione in privilegio doctoratus, vel aeternis gradus huiusmodi specialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fieri debeat, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, & ordinamus. Opus haud est commentario. Clara sunt haec omnia, & penes tum Theologos, tum Canonistas communia.

XIII. Quæst. VIII. Fieri ne per procuratorem eiusmodi fidei professio valet? Resp. Dissident Auctores super hac quaestione, in

duaque abeunt sententias: quarum prima ad firmans est, quam illius patroni pluribus legum textibus confirmant. Leg. 1. ff. de procur. cap. Qui per alium, & cap. Possit quis de regul. iur. in 6. Quod per nosmetipsos facere possumus, potest & praestari per procuratorem, nisi lex, aut canon aliter decernat. Idem constat exemplo iuramenti quod per alium praestari potest cap. Tibi Domino lxxii. Pariter matrimonium per procuratorem iniri non raro solet. Et hanc sententiam defendunt Ledesma, Navarrus, Sanchez, Suarez, Tamburinus, Azorius, Barbosa, & alii: quæ, si iuris tenor spectetur, vera est.

XIV. Secunda sententia negat, hanc fidei professionem fieri per procuratorem posse. Quoniam fidei professio actio personalis est, quæ per alium praestari nequit. Porissima namque Ecclesie intentio est subditos suos in fide confirmare. Hæc autem confirmatio necessaria pollet personale confessionem. Accedit quod ita declarantur sacre Cardinalium Congregationes. Quare licet prior sententia, iuris communis tenore inspecto, vera sit, nunc tamen secunda amplectenda est ob iura peculiararia. Sacrarum Congregationum decisiones referunt Farin. in additionibus ad consilia Navarri consil. 11. tit. de iureiur. Diana Part. 2. tract. xiv. resol. 23. Denique Cardinalis Bellarminus in notis ad Concil. cap. xii. n. 7. hæc scribit. Quod iuramentum professionis est corporaliter praestandum, ut tradunt Doctores in cap. Ego N. de iureiurando: ubi Abbas num. 6. Plat. Lib. 1. decis. xlii. Et sic oportet profitemem praesentem esse. Alioquin non poterit dici corporaliter illam professionem praestare, idest coram Capitulo, & Episcopo. Plat. dicta decis. xlii. Professo fidei non potest fieri per procuratorem. Plat. decis. lxxvii. in dicta Carthaginensi fructuum dicens ita fuisse resolutum per illustrissimos Cardinales interpret. Sac. Cong. Concil. Trident.

XV. Exhibenda nunc est forma professionis fidei emittenda quam Pius IV. edidit, habeturque in Bull. Tom. II. constit. 88. quæ est eiusmodi. Ego N. firmo fide credo, & profiteor omnia, & singula quæ continentur in Symbolo fidei quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli, & terra, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum IESUM CHRISTUM Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, & Filio simul procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam, catholicam, & apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptismam in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen. Apostolicas, & eclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesie observationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacras Scripturas unam eam solum quem tenui, & tenet sancta mater Eccl-sia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam unquam, nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vera, & propria sacramenta novæ legis a IESU CHRISTO Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Unionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gentium confiteor, & ex his Baptismum, & Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio iterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Eccl-sia ritus in supraactum sacramentorum solemnè administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula quæ de peccato originali, & de infirmitate in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo veram, propriam, & propitiatorum sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in sanctissima Eucharistia sacramento esse verum, & realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, una cum anima, & Divinitate Domini nostri IESU CHRISTI, ferique conversationem totius substantia panis in corpus, totius substantia vini in sanguinem, quam conversionem catholicæ Ecclesie transubstantiationem appellat. Faveo etiam, sub altera tantum specie totum, atque integrum CHRISTUM, verumque sacramentum sumi. Confiteor teneo, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis curari. Similiter & Sanctis,

una cum CHRISTO regnantes, venerandos, atque invocandos esse, eoque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & venerandas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertientiam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutare affirmo. Sanctam catholicam, & apostolicam Romanam Ecclesiam matrem, & magistram agnosco. Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis Successori, ac IESU CHRISTI Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cetera item omnia a sacris canonibus, & auctoritatibus Concilii, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: sententia contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reitico, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, antea quam nunc salvus esse potest, quam in presenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam usque ad extremum vitæ spiritum conservatissimè, Deo adiuvante, retinere, & confiteri, atque a meis subditis, seu illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, & doceri, & predicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, iuro, ac iuro: sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

CAPUT XIV.

De præcepto fidei negativo, & de eiusdem transgressione.

I. D istam supra est, præceptum divinum asserimus res fidei, includere præceptum negans quo prohibetur negare fidei articulos. Explicato igitur præcepto adfirmante tum divino, tum ecclesiastico, consentaneum est ut hoc quoque præceptum negativum exponamus. Et in primis dicit hoc præceptum negans, illudque obligare semper, & pro semper ad non negandum exterius fidem, certum est. Qui negaverit me (inquit Christus Matth. x.) coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Si negaverimus, & ipse negabit nos, Paulus II. ad Timoth. 11. Et hoc docent Catholici omnes contra Præfessionem, & scholas Hæreticos. Quod præceptum ipso iure naturali sancitur. Qui enim fidem veram negat, cultum Deo debitum subtrahit;

trahit; quin Deum ipsum, qui fidei arcana revelavit, de medio tollit: quod clarius exponi potest. Aut enim externa fides negatio correspondet interne aburationi, aut secus. Si dum fides exterius negatur, simul interius respuitur; pater hanc esse infidelitatem iuxta naturam malam. Si fides interius servetur, solumque exterius negatur ob tormenorum atrocitatem, aut alias rationes cogentes; mendacium committitur, quod pariter genere suo peccatum est. Idque a nomine Catholicorum in dubium vocatur. Omnes fatentur, nullo unquam calu scitum esse, etiam morte acerbilima imminente, fidem negare sive expresse sive tacite, & interpretative, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive peccato aliquam saltem sectam simulando: etiam intus in corde veram Christi fidem quam firmiter retinet. Ad maiorem porro perpicuitatem sequentes illustriam quatuorculas.

II. *Quaest. I. Negaret ne fidem qui negaret se esse Christianum, aut Papistam?* R. D. Augustinus huic quaestio respondet tractat. cxlii. in loam. sub initium. *Sane in ista, quae iam capta est, negatione Apostoli Petri debemus advertere, non solum ab eo negari Christum qui dicit, cum non esse Christum; sed ab illo etiam qui, cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro: Discipulum meum te negabis; sed me negabis. Negavit ergo ipsum, cum se negavit esse eius discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negavit esse Christianum? Qui enim, inquit Augustinus, negat se esse Christianum, negat ipsum Christum, cuius fide Christianus appellatur. Idem dicendum de eo qui negaret se esse Papistam, Romanensem, aut Pontificium, dummodo interrogatio feret ab haereticis ad religionis notitiam investigandam: si enim ferret interrogatio ad deprehendam patriam, nationem, & ob similes rationes ad fidem, vel religionem minime pertinentes; ut cum barbari interrogant, num hostes eorum sint Christiani, tunc negare se Christianum, non esset negare fidem Christi, cum interrogatio quovis alio quam fide spectaret. Hoc commune est apud Auctores.*

III. *Quaest. II. Negaret ne fidem qui rogatus Turca se sit, an Lutheranus, affirmaret?* Resp. Si interrogatio intuitu religionis fiat, dubio proci fides negaret. Quia idem valet dicere, se Lutheranum, aut Turcicum esse, ac negare se esse Christianum catholicum: qui autem negat se Christianum esse, Christum negat. Si autem interrogatio eo

pertineret ut interrogans sciret, esset ne Hollandus, Anglicus, Batavus, vel alterius nationis; tunc si responderet interrogatus, se esse Lutheranum, id est Anglicum, aut Hollandum, aut Constantinopolitanum, nullo modo fidem negaret, cum de fide nullus esset sermo. Haec quoque opinio communis.

IV. *Quaest. III. Peccaret ne contra fidem qui negaret se esse Clericum, Sacerdotem, Religiosum?* Resp. Negativa opinio communis est: quia hoc non est negare fidem; sed minus quoddam professionis fidei: & stat esse Christianum catholicum abique Clericatu, & Sacerdotio. Addunt Salamanricenses cum Suarez, Caietano, Azorio, Palao, id fieri posse abique culpa veniali mendacii, nedum sine etiam disp. III. quaest. xxlii. formam verborum, quibus abique levi culpa mendacii possit Clericus negare se esse Clericum, dicens: *Non sum Clericus, vel Sacerdos, ut teneat tibi dicere*: quae tamen ultima verba intus in mente occulta servat. Quam restrictionem puram putantque mentalem amphibologiam vocat. Quare praefati Auctores utuntur doctrina restrictionis pure mentalis, quae nunc ab Ecclesia damnata est; ideo caute legendi sunt. Dicimus ergo, Clericum qui negaret se esse Clericum, utique contra fidem non peccare. Addimus, posse silentio, aut aliqua externa amphibologia, si occurrat, interrogationem sibi factam eludere. Contra si negaret se esse Clericum, interius subintelligendo, ut tibi dicam, peccaret peccato mendacii, ut alias iustus demonstrabimus.

V. *Quaest. IV. Licetum ne est vitandae mortis causa adolere thus idolo, genuflectere, aliaque similia religionis signa exhibere, assumendo illibata in corde fides servetur?* R. Quando actiones externa suapte natura religionem capiunt, nunquam licite exerceri possunt ad protestandam venerationem erga idolum. Porro adolere thus, flectere genua ante idolum &c. sunt actiones quae suo genere institutae sunt ad cultum offerendum idolo. Nolum quippe aliam exteriorem significationem habent. Sed offerre cultum idolo peccatum est contra praecipuum fidei. Ergo peccatum etiam est eidem thus adolere, aut genua flectere, quod actiones illic superfluum cultum ita redolent, ut nulla possit interiori intentione purgari. Et haec opinio communis est.

VI. Obiici tamen solet ex Adriano in IV. tract. 1. de baptismo. quaest. 1. art. 1. ad 3. &

Lorca disp. xxiv. membr. 1. Naaman Syrus ad veram fidem conversus petiit ab Eliseo licentiam ut cum suo Rege genua flecteret idolo Remmon: cui Eliseus respondit: *Vade in pace IV. Reg. v. II. Iehu simulavit, se vel le sacrificium offerre Baal, quod approballe Deum legitur IV. Reg. x. Quia studioso egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis. III. D. Paulum circumcidisse Timotheum, legitur Act. xvi. IV. Simulatio materialis non est peccatum. Ergo &c.*

VII. Resp. Ad primum dicitur, falsum esse Naaman licentiam petisse cultum exhibendi idolo, sed interveniendi domino suo Regi, cui civilis servitatis signa exhibebat in templo, quemadmodum in aliis locis. Ad II. hanc exhibet responsum D. Thomas 2. 2. quaest. cxi. art. 1. ad 2. *Simulationem vero Iehu non est necesse excusari a peccato, vel mendacio: quia malus fuit, utpote ab idololatris Ierobam non recedens. Commendatur tamen, & temporaliter remuneratur a Deo, non pro simulatione, sed pro zelo quo destruxit cultum Baal. Quam responsum haurit Angelicus ex D. Augustino Lib. contra mendacium cap. 11. quibus subscribitur communiter Theologi: quidquid in oppositum Lugo scribat disp. xv. sect. v. cuius consutationem brevitate gratia omitto. Ad III. dico, circumcisi Timotheum fuisse tempore quonondum promulgata erat evangelica lex, & consequenter mosaicae caeremoniae licite adhuc servari poterant. Quod postremo loco dicitur, verum habet, quando simulatio materialis respicit id. Negamus vero quod flectere genua, & thus adolere simulacro, simulationis materialis cui deliniri possit. Sunt quippe actiones eiusmodi absolute superfluae, falsumque cultum redolent.*

VIII. *Quaest. V. Est ne licitum falsae religionis caeremonias usurpare, non quae tales, sed ob finem honestum, puta circumcisiorem parentem causa?* Resp. Quando aliqua caeremonie licite suapte natura veluti tesseræ alicuius religionis, redolentque absolute cultum superfluum, nunquam usurpari valent, neque licite evadere possunt ob quemcumque finem honestum: sic nullo modo licet devotionis titulo circumcisiorem, aut agni paschalis estu uti, quod antiquatae religionis signa sunt; hocque commune est penes Theologos.

IX. *Quaest. VI. Licetum ne est Catholicis vestibus, signisque propriis infidelium suam fidem occultare?* Resp. Sub varia acceptione infidelium vestes considerari queunt. Primum vestes illic quandoque insignia sunt nationis,

regni, vel patriae in qua infideles commorantur, abscisso omni ad religionem respectu: quemadmodum inter ipsos Catholicos alia Italorum, alia Hispanorum, Gallorumque sunt indumenta, abique ullo religionis discrimine: quae pota apud Gentiles, Turcaeque vestes insignite imagine Mahumeti, aut alterius idoli, & apud Iudaeos vestes summi Sacerdotis. Tertio infidelium vestes institutae sunt non ad protestandam religionem, sed ad distinguendos homines unius sectae ab altera: sic pileus ruber Veneticis, flavus Romae pro dicitur Iudaeis, colique a Christianis, alisque infidelibus fecerunt, ut tobata dilinguitur Turcas, & Saracenis. De primi generis vestibus nulla occurrit difficultas. De aliis controversiae aliqua discutienda sunt.

X. *Quaest. VII. Licetum ne est propriam occultare fidem infidelium vestibus pro se institutis ad falsae sectae professionem?* Resp. Adfirmat Azorius Lib. VIII. cap. xxvii. quaest. xv. quoniam sequuntur Coninch, Hurtado, & alii. Dolendum Azorio, virum sane gravem, in sententiam adeo falsam descendisse, & quod peius est, hanc probabiliorum illi visum fuisse. Contrariam quoque opinionem communiter nunc Theologi docent, postquam post professiones damnatas de restrictionibus mentalibus. Quare dicendum, nullo in casu, neque ad mortem vitandum, licitum esse uti praefatis vestibus, quae per se symbola sunt, & insignia falsae religionis. Quoniam licet usus talium vestium absolute, suoque genere indifferens sit; at tamen positum quod vestes istae institutae sunt ad falsam religionem protestandam, iam in morali commercio, seu societate, ita in communi hominum existimatione significant falsam religionem, ut ab hac significatione separari nequeant. Etiam adolere thus idolo, genua flectere, idque genus alia, sunt absolute actiones indifferentes, seu adiaphora; at tamen postquam institutae sunt ad potissimum religionis munus exercenda, nullo modo licite uti fidelibus, ut dictum est supra. Quod adeo verum est, ut omnes qui praefatis vestibus indutum hominem vident, incunctanter iudicent, illum talem profiteri sectam, qualem propter dictarum vestium symbola. Et haec opinio communis est penes Theologos.

XI. Obiiciunt. Vestes institutae sunt ad tegendum corpus, illudque defendendum a temporum inuriis, simulque ad falsam sectam.

Stam significandam. Quidni ergo licitum erit, hac posteriore relicta significacione, ob primorem finem adhibere? Quod confirmatur ex eo quod licitum fit verbis amphibologicis, & infidelium sermone uti.

XII. Resp. Licet vestes absolute acceptae ad corpus tegendum sint ordinatae, quando ramen aliqua vestes non sunt institutae ad corpus operiendum, vel ornandum, sed primo & per se ad religionis munia exercenda, nequeunt ex personae particularis eiusdem utentis intentione a sua primaria significacione separari. Idem dicimus de verbis quae ita affixa sunt uni significacioni, ut aliam exteriori non admittant. Quod postea aliquando fideles infidelium sermone utantur, extra rem est. Sermo enim suapte natura non est definitivum religionis symbolum. Quod fit eiusmodi sermo daretur, idem de hoc ac de vestibus dicendum esset. Advertendum tamen, quod cum vestes reapie, & per se primo institutae sint ad corpus operiendum, si circumstantiae tales sint quae offendant usum salium vestium non alio adhiberi sine, nisi ut corpus tegatur; tunc licitus earum esset usus, quemadmodum de verbis dictum alias est, quae ex temporis circumstantiis peculiariter lubent significacionem. Sic qui spoliata a latronibus, aut naufragio subductus, nudus exileret, ut nuditatem tegeter, frigiditate repelleret, licite, deficiente quolibet alio indumento, sacerdotales vestes infidelium indugere possit. Quoniam eiusmodi vestes, prout designatae sunt ad religionem protestandam, superinduantur aliis vestibus, atque ex circumstantiis dignosci potest, sit ne illarum usus vel ad corpus operiendum, vel ad religionem protestandam adhibetur. Itaque illicitum erit talis usus, cum ad simulandam falsam religionem, propriamque veram occultandam adhibetur; sicut in casu expresso. Quae opinio sic explicata communis est.

XIII. Quae VIII. Licitum non est eis uti vestibus quae institutae sunt ad secretandum unius sectae homines ab alia, ut sunt apud Turcas tabalia alba, apud Iudaeos pilei flavi, vel rubri? Resp. Licitum id esse, plures Theologi docent, ob iustam causam, puta ut mortis periculum evitetur. Quoniam, inquit, praefatae vestes non sunt per se primo protestativae falsae religionis. Deinde habitus monachalis & operis corpus, & habitus religiosum prodiit; & tamen secularis quoque necessitatem evadendi mortem, illum induere licite valet. Ergo pari iure poterit quis per loca infidelium transiturus illorum sectae

propriis vestibus operiri, quin illorum sectae profiteatur. Confirmant, quod vestes non sunt per se a natura institutae ad significandum, sed potius ad alios fines, quemadmodum contra voces institutae natura sua sunt ad exprimentos hominum conceptus: quapropter eisdem in alium finem uti non licet, nisi sint verba ambigua, quorum usus licitus est ad modo unam, modo alteram rem significandam. Hanc opinionem defendunt Salmanticenses tract. XXI. cap. 11. punct. 10. num. 117. & pro eadem citant Bannet. 2. 2. quest. 111. art. 2. dub. 2. conc. 3. Valentium disp. 11. quest. 111. punct. 2. dub. 4. Suarez de fide disp. XIV. sect. v. num. 7. Tapiam Lib. 1. quest. 111. art. 7. num. 3. Castrapalium tract. IV. disp. v. punct. 17. Sanchez Lib. II. cap. IV. num. 19. Lugo disp. XIV. num. 73. Gonet disp. VII. art. 2. num. 122. Trullench Lib. 1. cap. 1. dub. 8. num. 19. Magister Ferre autem probabiliter cenet. Sporer tract. 11. in Decal. cap. 12. sect. v. §. 3. n. 34. Antonius a Spiritu sancto tract. 1. disp. 1. sect. vi. num. 26.

XIV. Contrariam sententiam defendunt D. Antonius II. P. III. XII. cap. vi. Caietanus 2. 2. quest. 111. art. 2. Navaricus cap. 11. num. 25. Toletus Lib. IV. cap. 11. n. 7. Arriaga disp. XXII. sect. 111. num. 20. Becanus cap. 18. quest. v. mon. 35. Leander tract. 11. disp. IV. quest. XXIX. Natalis ab Alexand. Lib. IV. art. 8. res. 18. Et hanc sententiam eruit ex Tertulliano Lib. de idol. cap. XVIII. ubi narrat Iosephum in Aegypto, Daniele in Babylonia insignia utriusque dignitatum, quibus ornati erant, induisse; sicut vestes quae religionis falsae professionem indicabant. Proprius habitus (inquit) unusquisque est tam ad usum quotidianum, quam ad honorem, & dignitatem. Igitur purpura illa, & aurum cervicis ornamentum, apud Aegyptios, & Babylonicos insignia erant dignitatis. Simplex igitur purpura illa usum dignitatis erat, sed ingenuitatis apud Barbaros insigne. Quemadmodum enim & Ioseph qui servus fuerat, & Daniel qui per captivitatem suam venerat, cruciatum Babylonicum, & Aegyptium sunt consecuti per habitum barbarice ingenuitatis; sic poterit nos quoque fidei, si necesse fuerit, poterit & puerrilis pretexta concedi, & puerrilis sola nationis insignia, non potestatis, generis, non honoris, ordinis, non superstitionis.

XV. Haec itaque secunda sententia, si clare, praeterea explicetur, ita certa nobis videtur, ut probabilis altera dici nequeat.

Nam

Nam certum penes omnes est, aut esse debet, illicitum esse usum illarum vestium quae reapie ad falsam protestandam sectam sunt institutae; ita quod qui tales deserunt vestes, committere talis sectae profectores habeatur. Quare nimium laxa, & falsa prorsus mihi est sententia quam his verbis exprimit Antonius a Spiritu sancto loc. cit. Immo satis probabile existimo quod ex magna causa, & v. g. ad evitandam mortem, victoriam ab hostibus reportandam, posse Christianos uti vestibus institutis ad protestandam falsam sectam, v. g. veste sacerdotali Turcarum, vexillo ubi depictus sit Mahometus. Ratio est, quia licet signa sint apud Turcas protestativa falsae sectae, possunt tamen assumi ad oratum, vel ad significandam falsitatem sectae. Haec, inquam, opinio laxa nimium, & falsa est. Posito namque quod vestes institutae sint ad protestandam sectam falsam, qui illis utitur, factio, in verbo, falsam illam sectam profiteri. Porro vestes sacerdotales Turcarum, & vexilla quibus Mahometi figura depicta sit, sunt absolute institutae ad falsam Mahometi religionem protestandam. Hinc vel ipsi Salmanticenses loc. cit. num. 118. reiciunt hanc praefati Antonii a Spiritu sancto opinionem de licito usu illarum vestium sacerdotium falsae sectae, in quibus imago Mahometi depicta sit.

XVI. Rationes quae huius nostrae sententiae veritatem evincunt, perspicuae sunt, & principio S. Thomae ab omnibus admisso nituntur: quod principium hoc est: Non refert autem utrum aliquis mentiatur verbo, vel quomocumque alio facto; 2. 2. quest. cxi. art. 1. Qui autem vestes institutae ad secretandum homines unius sectae ad altera induit, factio ipso profiteri falsam sectam, suamque negare, eo modo ac si verbis eam negaret. Quid refert unum, ac altera ratione fidem veram negare, falsamque consistere? Licitum ne esset turcico sermone Mahometi religionem profiteri, catholicamque negare; latino vero idiomate hanc profiteri, illam repudiare? Dicant adversarii, tota hae Turcarum sint nec ne symbola malometanae religionis, an tantummodo nationis insignia? Si hoc secundum afferant, nobilium lenientur, ut defendendum afferant. Si primum asserint, non videmus qui fieri possit ut Catholicus valeat tabalia illas albas vulgo turbante deserre. Henricus a S. Ignatio Tom. II. Lib. II. part. 1. cap. xv. n. 207. docet, licite mercatores uti Constantinopolitani robalis albis morem gentis imitantes, quod per ultum

Conc. Theol. Tom. I.

eiusmodi minime se probant Turcas esse, aut Turcarum sectam profiteri. Contendit quippe Auctor iste, praefatam totalem nationis, non religionis, symbolum esse. Quae res facti cum sit, non alunde erit potest quam ex communi eiusdem nationis assensu. Nos enim semper circumferri audivimus, & Auctores contrariae opinionis asserimus, recentiam totalem signum esse ad turcicam religionem protestandam institutum. Quae positio facta, dicitur, nullo modo licitum esse talia deserre insignia. Nec refert quod vestes genere suo institutae non sint ad religionem significandam, sicuti verba instituta sunt ad conceptus internos exprimentos. Satis quippe est vestes illas determinatas esse ex communi & universalis illius sectae consensu ad protestandam propriam religionem: satis est homines committere habere pro talis sectae alumnis eos omnes qui praefatis symbolis insigniti sunt. Itaque, ut rem totam paucis expediamus, quoties illi qui deserunt vestes unius falsae sectae, habentur tamquam profectores eiusdem sectae, quia vestes illae in communi hominum existimatione sunt symbola, & testere quae illam sectam prout; tunc illicitus est earum usus: quia tunc vestes illae non sunt signa equivocata, sed determinata, ut verba quae duplicem sensum non excipiunt; atque adeo per se illicitus est earumdem usus. E contrario si vestes nationis tantum insignia sint, licite indui possunt; quamvis aliquis ex earum usu deciperetur, habereque pro talis sectae profectoribus qui illis utuntur. Sententia sic explicata mihi certa videtur, ab omnibus admittenda.

XVII. Ex his prioris opinionis argumenta corrumpit. Quoniam licet vestes per se primo institutae non sint ad religionis protestationem faciendam; attamen quando determinatae sunt ad tale munus religionis consistendae, iam evadunt symbola eiusdem religionis. Vestes monachales non sunt symbolum religionis distinctae a religione christiana, sed status tantum perfectionis eiusdem; idcirco secularis homo induere illas vestes potest, urgente necessitate; nec enim falsam religionem simulat, sed veram, quam amplecti & ipse potest. Quod obviat de verbis aequo vocis, ex dictis solutum remanet.

XVIII. Hinc colligit, Christianos exploratores in bello contra Turcas, infideles, & hereticos posse idiomate, & vestibus uti earumdem sectarum, dummodo, ut dictum est, nationis, non religionis, symbola sint.

G

Tunc

Tunc vero religionis, non nationis signa dicenda sunt, si imagines Mahometi, Mercurii, alterutro falsi nominis depictæ fuerint, ut docent Azorius Lib. VIII. cap. xxvii. quest. vi. Sanchez Lib. II. in Decal. cap. 12. n. 22. Fagundes Lib. I. cap. vii. num. 12. Caltoplano puncti xvii. n. 5. Bonacina disp. 111. quest. 11. puncti. 111. num. 20. Trulench Lib. I. cap. 1. dub. 8. num. 1. Leander disp. 111. quest. xxxii. Opposita opinio Layman, Diana, Hurtadi, mihi probabilis haud est. In eandem propendere videtur Salmanticenses, afferentes posse prefatas imagines adhiberi tamquam fabulosa ornamenta; quod falsum reputamus, dum reapse habentur pro symbolis sectæ falsæ.

XIX. Quest. IX. *Lirite ne ingredi infidelium, Iudeorum, & hereticorum templa Catholici valent?* Resp. Sermo est de templis, quatenus domus sunt in quibus religionis officia peraguntur. Nam de ingressu in eadem templa, prout habitacula sunt in quæ se recipi homines possunt ad declinandas temporum iniurias, hostium persecutiones, aliaque id genus incommoda; item ad peragenda civilia negotia, ut quando Senatores catholici una cum hereticis ingrediuntur, ut civitatis, aut principatus regimini consulant, nulla est difficultas. Eiusmodi quippe ingressus materialis est, quod non fit in templum religionis gratia, sed rerum temporalium causa: neque tunc consideratur ut religionis sacramentum, sed ut palatium, negotiis civilibus tractandis commodum.

XXI. Ad questionem ergo respondetur, licitum esse iustis occurrentibus causis ingredi templa hereticorum, synagogas Iudeorum, & infidelium, eo quod talis ingressus non fit protestatio religionis, ut communis obtinet usus. Cum enim religionis professio in facto sita, penes hominum exhibitionem accipienda sit; quando committitur homines, sive fideles, sive infideles, actionem aliquam non reputant tamquam religionis symbolum, actio illa adia-

phora est, & licita. Cur enim diximus, vestium falsæ sectæ usum illicitum esse, nisi quia communiter homines pro alumnis, & professoribus talis sectæ illos habent qui similes induunt vestes? Cum ergo e contrario non iudicent Iudeos, qui synagogas, nec hereticos, qui istorum templa intrant; plangunt aut ingressum istum licitum esse, si ratio honestas adit, & absint pericula. Quadruplicem assignare causam solent Doctores. Prima, ne ulla sit in ritibus, ceremoniisque communicatio. Secunda, ne illam a vera fide deflectionis subit periculum. Tertia, ne Catholicis offendiculi occasio sit talis ingressus. Postrema, ne ingressus iste frequens sit. Nam frequentia isthac vehementer iudicium esset talem profectum religionem. Qui enim videt aliquem frequenter adire templum in quo solemniter perloquuntur religionis officia, prudenter colligit, hunc illam profiteri religionem cuius mania in illo templo exercent. Præterquamquod talis frequentia vix reputari a perfidiæ periculo immunis valet. Nec pretextus curiositatis valida defensio est. Quippe ob solam curiositatem se periculo descendentis a fide committere, peccatum est. Et quamvis hoc periculum non experiri tibi videaris, non ob id tamen a crimine liber es: inest namque tali frequentia periculum istud, in illudque incidens, atque nam præcognoscas. Et hæc sententia communis est.

XXII. Quest. X. *Quid si Princeps hereticus præcipere ut Catholici suis ditioni religiosi hereticorum templa frequentarent religionis causa?* Resp. Mortem potius oppetere debent Catholici, quam simili parere decreto. Quoniam ingressus iste, iustus religionis titulo, esset eisdem falsæ sectæ publica protestatio. Accederet periculum subversionis huic ingressui annexæ, scandalum Catholicorum, hæresis gloria, ac veluti triumphus, quem hereticis canerent. Quin parendum minime foret, etiam si decretum civilem tantum subiectionem pro causa talis ingressus allegaret: quia licet verbis illudentibus deliniret impiam insulionem, reapse tamen aliter res se haberet: mentiretur namque iniquitas sibi. Desunt ne innumere alie rationes probandi subditorum civilem obedientiam? Quid, queso, attinet ad civilem subiectionem audire conciones in templo hereticorum, & ibidem precibus Deo oblati interesse? Quare consulus summus Pontifex Paulus V. a Catholicis Angliæ super hæc anno 1606. hæc dedit responsonem, que re-

refert Suarez Lib. VI. in fidei defensione sub initium: *Acceptimus namque, compelli vos gravissimis penis propofitis templa hereticorum adire, cotus eorum frequentare, concionibus istorum interesse. . . . Nihilominus eo lo pastoralis officii nostri impulsu, & pro potestate sollicitudine qua profectus animarum vestrarum obtestari ut nullo pacto ad hereticorum templa accessatis, aut conciones audiat, ne Dei nam ipsi in vobis committatis, ne Dei nam incuratis. Non enim licet vobis hæc facere sine detrimento Dei cultus, & salutis vestre.* Et hæc sententiam committit Theologus docent.

XXIII. Quest. XI. *Extrema urgente necessitate, licitum us est hereticorum templa adire ad suscipiendum baptismum, aut penitentium sacramentum, ministris catholicis deficientibus?* Resp. De baptismum nulla est difficultas, cum iam certum sit baptismum ad hereticis collatum validum esse. Baptismus esse Calvinianum, Lutheranorum non est peculiaris ritus talis sectæ, sed univertæ Ecclesiæ christiane. Idem dicendum foret de aliis sacramentis penitentiae, extreme unctionis, & eucharistiæ, posito quod eiusmodi sacramenta heretici habeant, ritique admittunt. Nam si de Lutheranis, Calvinianis, alisque recentioribus transfugis sermo fit, certum est illos præfata sacramenta non habere: idque plurimis rationibus evinci potest; sed non est huius loci. Nec enim Sacerdotes habent qui consecrent elementa, neque rite illa tractant. Quin si Sacerdotes habent, cum minime credant, intendantque vere Christi corpus sub sacris symbolis vi consecrationis poni, ut Calvinizant, vel solum corpus Christi ibidem existeret, ut Lutheranizant, non licet ullo in casu hoc sacramentum ad illis petere. Cetera autem sacramenta Ecclesiæ Romanæ ne agnoscent quidem, sed de alio expunxerunt sacramentorum fœdero frustra, & illicite præfata sacramenta ad illis petere. Secus dicendum, si adessent veri Sacerdotes, tamen suspensi, excommunicati, degradati, quin & heretici: licitum enim esset in quibus articulo ad illis sacramenta omnia que per eosdem rite, & valide administrarentur, suscipere. Denique amittitur causa haud est istorum illicitum interesse nuptiis, funeribusque; dummodo nulla sit in ritibus ceremoniisque que religionem redolent, communicatio. Et hæc omnia communia sunt.

XXIV. Quest. XII. *Licitum ne est com-*

edere cibos idolis consecratos? Resp. Panis, fructus, vinum, carnes, & cetera id genus, que idolis consecrata sunt, nuncupantur idololatriæ. Communis sententia docet, extrema necessitate fames urgente, comesturam idololatriam licitam esse, dummodo species absit superfluitatis; scandalum, falsaque sectæ cultus. Idque ex D. Pauli eruitur, qui I. ad Corinth. 8. 25. inquit: *Omnis quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. . . . Si quis vocat vos infidelium, & cultus ira; omni quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicavit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Idololatriam hic prohibet ob solum alterius scandalum vitandum, ut clarior explicat cap. viii. vers. 7. Quidam autem cum conscientia usque vivat idoli, quasi idololatriam manducant: & conscientia eorum, cum sit infirma, pollutur. Etsi autem nos non commendat Deo, neque enim si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus. Fidei forte ne hæc licentia vestra officium scilicet infirmis: Utrobique scandalum, seu offendiculum infirmorum vitandum in comestura idololatriæ inculcat. Ergo, scandalo sublato, etus, causa urgente, licitus est. Quod confirmat Angelicus in IV. dist. xxxvii. quest. 11. art. 4. quæsiunc. 3. ad 3. *Savius est fame mori quam idololatriæ vesci, scilicet cum scandalum: quia primum est malum peius, secundum malum culpæ. Non tamen debet aliquis se dimittit fame mori, antequam cum scandalum idololatriam comedit, quia iniecerit sibi manus, & sic cum malo peius adiungeretur malum culpæ. Ratio clara est. Ceterum instituti a natura sunt ad corpus alendum: præta ergo infidelium superstitione licitus erit eorumdem esui qui nullo modo habetur tamquam protestatio falsæ sectæ. Ad id quod obicit solet ex Actibus Apostolorum cap. xv. ubi iubentur fideles abstinere ab immolatis simulacrorum, a sanguine, & suffocato, respondet D. Thomas 1. 2. quest. ciiii. art. 4. ad 3. præceptum illud iam cessasse, cum Iudeis impositum fuerit ob periculum prolabantem in idololatriam. Idem ista prohibita fuerunt pro tempore illis, in quo de novo oportebat contrivere in unum gentes, & Iudeos. Præcedens autem tempore, cessante causa, cessavit & effectus, manifestata evangelicæ doctrinæ veritate, in qua**

*Domini docet, quod nihil quod per os in-
uat, conquinat hominem, ut dicitur Matth.
xv. Solet etiam opponi Augustinus epist. cliv.
ubi revera docere videtur, subeundam potius
mortem esse quam idolothya manducare. Sed
communiter Doctores Augustinum interpre-
tantur solum consilium, christiana virtute rei-
cienda esse idolothya, etiam si oppendenda
mors esset; minime id precipere.*

XXV. Quæst. XIII. *Catholici per regio-
nes hereticorum peragrantes possunt ne diebus
veteris carnes manducare, ut evitent vitæ, aut
alterius gravis damni periculum? Resp. Quod
necessitate sublata, nequeant carnibus ve-
sci Catholici diebus veteris, planum est. U-
dicumque enim reperiantur, servare Eccle-
siae præcepta debent. Item quod ad evitan-
dam mortem, aliudve grave incommodum
possint absolute veteris carnis diebus dietis,
convenit inter Theologos: quia præcepta
Ecclesie cum vitæ dispendio, aut gravissi-
mo damno non obligant. Quandoquidem
etiam carnium non est fidei catholice abnega-
tio, aut falsæ sectæ protestatio. Immo
apud ipsos Catholicos dispensatio ab his præ-
ceptis facile conceditur ad evitandum grave
dammum.*

XXVI. Difficultas ergo est non levis,
num licitus sit carnium eius die veneris apud
ipsos hæreticos qui carnium comesturam tali
die instituerant ad profendam propriam sal-
sam sectam; ut in more habent Angli die
veneris carnes comedere ad religionem cal-
vinianam solemnè ritu proficiendam. Negant
plures Doctores: quia qui talibus diebus co-
medunt carnes, hæretici reputantur. Quip-
pe licet tibi illi corpus relictum, eo tamen
die postillimum illius die falsæ protestationem
significent; ergo illius die dicendi sunt. Hanc
opinionem defendunt Hurtado *disp. ix. diff.
10. Ojedo contra, viii. punct. 6. n. 80.*
*Valentia 2. 2. disp. vii. q. xv. punct. 6. q.
iv. cap. 2.*

XXVII. Altera sententia licitum defendit
talem carnium etiam, eo quod carnium
manducatio primo & per se instituta, &
ordinata sit ad corpus reficiendum. Quod
autem a Calvinio detorqueatur eius talis
cibi ad propriam sectam proficiendam, nihil
impedit quominus possit proficiendam, nihil
impedit vitæ absolute urgente necessitate
scandalum, & religionis catholice contemp-
tio absint. Et hanc sententiam defendunt
*Sanchez lib. II. in Decal. cap. iv. num.
25. Azorius lib. VIII. cap. xxviii. quæst.
111. Lugo disp. xiv. sec. v. num. 104. Sal-*

*mantienles tract. xxi. cap. ii. punct. 11.
§. 2. n. 130. & pro eadem laudant Lyran,
Abulensem, Palaum, & alios.*

XXVIII. Ambæ sententiae, ut ego
licet arbitror, conciliari possunt, si dicamus,
licitum esse talium carnium etiam proficendo die,
falsa positione quod eiusmodi manducatio
reapse non sit profectio falsæ sectæ. Hinc
qui manducant illas carnes solum privatim
abique cuiquam scandalo, non est ambi-
gendum, quin licitus esset talis cibus, ur-
gente causa. Contra si publica esset com-
estura, si videntes pro hæretico habent eden-
tem; tunc illicitus usus foret. Et hoc a ne-
mine negari iure valet. Attendendæ ergo
sunt circumstantiæ, ut usus licitus ab illicito
secerari queat.

XXIX. Quid si tyrannus in contemptum
catholice religionis etiam carnium diebus ab
Ecclesia veteris præcipere sub pena mortis?
Tunc libeunda mors foret potius quam in
contemptum religionis christiane carnes co-
medere. Quoniam divina lege astringimur
vique religionis catholice contemptum; idque
commune est penes Theologos.

XXX. Quæst. XIV. *Negaverunt ne se-
dem Christiani tertii sæculi, qui libellatici
dicebantur? Resp. Libellatici ii Christiani
dicti sunt qui ne idolis suis adolererentur
pecuniam, sive aliud munus ethnicis
magistratibus dabant, & ab illidem libellos
accipiebant pro se, suisque, quibus a satellitum
furore liberabantur. Duplicis generis
fuerunt. Alii, qui, ne fidei causa torque-
rentur, aut ad magistratu traherentur, im-
mune illis hoc mandatum incommodat, quod
iam defecerunt tyranni, atque catholice re-
ligionis acerrimi persecutores. Hinc mirum
hand esse debet, si voce eiusmodi mandatum
prædicent, suscipiant, & eiusdem obligatio-
nem lateantur. Verum quo fortiores viden-
tur ad fidei confessionem iactandam, eo sunt
imbecilliores in morum doctrina publice, oc-
casionè data, consentiendi: quin plurimi eo
devenerunt, ut penitus ignorem debitum
istud. Sciamus ergo necessum est, præcep-
tum confitendi fidei non modo obligare
fideles ad confitendo exterius articulos, seu
mysteria illa que mente percipiuntur, que
speculativa vocari solent; veram etiam
ad mandata que mores nostros regunt, &
moderantur. Integrum enim Evangelium
publice fateri vi professionis nostræ astringimur.
Etiam Evangelium autem tum fidei, tum
morum præcepta continet. Audiamus Chris-
tum ipsum loquentem Luc. cap. ix. vers. 26.
*Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc
Filius hominis erubescet, cum venerit in
gloriosa sua.* Item Matth. x. vers. 23. *Omnis
ergo, qui confitebitur me coram hominibus,
confitebor & ego eum coram Patre meo qui
in caelis est.* Qui autem negaverit me coram
hominibus, negabo & ego eum coram Patre
meo qui in caelis est. Cornelius a Lapide ad
cap. ix. Luc. vers. 15. *Qui me erubuerit,
inquit, ut pudore, aut metu Regum, Principum,
tyrannorum, vel parentum, & amicorum,
meam fidem neget, vel me confiteri non
audeat, aut meis legibus obedire veretur,
quæsi enim pudeat humilitatis crucis, & cruci-
fixi Christi; hunc visum Christum erubescet.*
D. Gregorius Magnus *homil. xxxii. num. 5.*
*explicans textum D. Lucae, hanc habet. Sed
ecce nunc apud se homines dicunt: Nos iam
Dominum, & sermones eius non erubescimus,
quia aperta eum voce profitemur. Quibus ego
respondeo, quod in hac plebe christiana sunt
nonnulli qui Christum idem confitentur, quia
cunctos christianos esse conspiciunt. Nam
si nomen Christi in tanta hodie gloria non
esset, tot profectores Christi Ecclesia non ha-
beret. De eo se quisque interroget, &
in confessione Christi se veraciter probet, si
non iam nomen eius erubescit, si plena vir-
tute mentis humanum pudorem subdit. Cer-
te enim persecutionis tempore erubescere po-
terent fideles, substantiam nudari, de dignita-
tibus deici, verberibus affigi; pacis autem
tempore, quia hæc a nostris persecutoribus de-
sunt, est aliud unde ostendatur nobis. Verum
semper sepe a proximis despicit, dedignantur
injurias verbis tolerare. Si contingat tergum
fortasse cum proximo, erubescimus priores sa-
tisfacere: cor quippe carnale, dum huius vitæ
gloriam querit, humilitatem respicit. Pen-
semus falsa veritatis, & videmus quo iac-
temus nostræ pravitatis actiones.**

II. Plurima hoc de argumento habet
Augustinus variis in locis. Serm. i. in Psalm.
lxxvii. *ventus esto, quando audis opprobrium
de Christo, præcis esto frontalus. Quid times
fronti tuæ, quem signo crucis obruimus?*
Longius hæc de re disputat in Psalm. xxxix.
*Sunt enim Christiani, habent fidem in corde,
& inter Paganos amaris, miserantibus,
sordibus, infidelibus, iniquis, insultantibus,
si exagitari cupierint, quia Christiani
sunt, habent in corde fidem, & timent con-
fiteri per labia; prohibent labia sua sonare
quod vocant, sonare quod intus habent. Sed
reprehendit hos Dominus: Qui me confite-
ris non fuerit coram hominibus, confundat de illo
quia erubuit me confiteri coram hominibus,
non coram Patre meo; id est, non eum agnoscant
eam confitebor coram Patre meo. Dicant ergo
labia quod habet cor; hoc contra timorem habeat
cor quod dicunt labia; hoc contra simulationem*

*De præcepto confitendi doctrina que mores re-
git, & appetitiones moderatur. Gravioriter
peccant non modo ii qui fidei mysteria, ve-
rum etiam ii qui morum præcepta publice
coram Catholicis fateri erubescunt.*

I. Summi momenti veritatem explicare
aggredimur. Præceptum proficiendi
fidei coram tyranno cum vitæ dispendio, atque
annuum tormentorum contempione lu-
go calamo Theologi docent. Illudque fre-
quenter Christiani in ore habent. Parum
nunc illis hoc mandatum incommodat, quod
iam defecerunt tyranni, atque catholice re-
ligionis acerrimi persecutores. Hinc mirum
hand esse debet, si voce eiusmodi mandatum
prædicent, suscipiant, & eiusdem obligatio-
nem lateantur. Verum quo fortiores viden-
tur ad fidei confessionem iactandam, eo sunt
imbecilliores in morum doctrina publice, oc-
casionè data, consentiendi: quin plurimi eo
devenerunt, ut penitus ignorem debitum
istud. Sciamus ergo necessum est, præcep-
tum confitendi fidei non modo obligare
fideles ad confitendo exterius articulos, seu
mysteria illa que mente percipiuntur, que
speculativa vocari solent; veram etiam
ad mandata que mores nostros regunt, &
moderantur. Integrum enim Evangelium
publice fateri vi professionis nostræ astringimur.
Etiam Evangelium autem tum fidei, tum
morum præcepta continet. Audiamus Chris-
tum ipsum loquentem Luc. cap. ix. vers. 26.
*Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc
Filius hominis erubescet, cum venerit in
gloriosa sua.* Item Matth. x. vers. 23. *Omnis
ergo, qui confitebitur me coram hominibus,
confitebor & ego eum coram Patre meo qui
in caelis est.* Qui autem negaverit me coram
hominibus, negabo & ego eum coram Patre
meo qui in caelis est. Cornelius a Lapide ad
cap. ix. Luc. vers. 15. *Qui me erubuerit,
inquit, ut pudore, aut metu Regum, Principum,
tyrannorum, vel parentum, & amicorum,
meam fidem neget, vel me confiteri non
audeat, aut meis legibus obedire veretur,
quæsi enim pudeat humilitatis crucis, & cruci-
fixi Christi; hunc visum Christum erubescet.*
D. Gregorius Magnus *homil. xxxii. num. 5.*
*explicans textum D. Lucae, hanc habet. Sed
ecce nunc apud se homines dicunt: Nos iam
Dominum, & sermones eius non erubescimus,
quia aperta eum voce profitemur. Quibus ego
respondeo, quod in hac plebe christiana sunt
nonnulli qui Christum idem confitentur, quia
cunctos christianos esse conspiciunt. Nam
si nomen Christi in tanta hodie gloria non
esset, tot profectores Christi Ecclesia non ha-
beret. De eo se quisque interroget, &
in confessione Christi se veraciter probet, si
non iam nomen eius erubescit, si plena vir-
tute mentis humanum pudorem subdit. Cer-
te enim persecutionis tempore erubescere po-
terent fideles, substantiam nudari, de dignita-
tibus deici, verberibus affigi; pacis autem
tempore, quia hæc a nostris persecutoribus de-
sunt, est aliud unde ostendatur nobis. Verum
semper sepe a proximis despicit, dedignantur
injurias verbis tolerare. Si contingat tergum
fortasse cum proximo, erubescimus priores sa-
tisfacere: cor quippe carnale, dum huius vitæ
gloriam querit, humilitatem respicit. Pen-
semus falsa veritatis, & videmus quo iac-
temus nostræ pravitatis actiones.*

Conc. Theol. Tom. I.

CAPUT XV.

labia; hoc contra habeant labia quod credit cor. Aliquando enim timor est, & non aude dicere quod nescit, quod credit. Aliquando simulatio est: dicit, & non habes in corde. Conscientia labia tua cordi tuo.

III. Verum missis nunc innumeris factorum Patrum textibus, lubet preliis explicare textum evangelicum ore ipsius Christi Domini prolatum: *Qui me erubuerit, & sermones meos, Qui me erubuerit.* Non dicit Christus: Qui erubuerit confiteri Divinitatem, Trinitatem, Unitatem Dei, & alia innumera splendida, & divina arcana, quae mentem nostram illustrant; sed *qui me erubuerit*, id est me hominem humilem, opprobriis plenum, persecutionibus exagitatum, crucifixum, mortuumque. Qui erubuerit sermones meos, videlicet mandata, & consilia mea, quibus dilectionis mutuae foedera, poenitentiae, austeritatis, contritionis, omniumque virtutum exercitia praescribo. *Qui me erubuerit coram hominibus;* nempe qui publice, ac in totius mundi conspectu erubuerit exequi praecepta mea, & labis fateri, & praedicare sermones meos, doctrinam meam, meamque veram morum legem, omni abiectione respectu: qui notam Regentium veritus fuerit lubere ob Moralium evangelicam vitam, veramque defensionem: & ego omnes illos erubescam coram Patre meo; id est, eos, seu detestores religionis meae, indignos reprobo.

IV. Hinc ergo collige, preceptum istud externae confessionis non minus lubere mysteria fidei quam praecepta morum profiteri opere, & verbo, prout occasio fert. Plurimi hodie doctrinam evangelicam, quae appetitiones nostras cohibet, virtutum exercitia praecipit, confiteri publice ore, nedum palam exequi opere, pudori sibi vertunt. Quoties praesentem christianae legis veritates propriis rationibus incommodas, minisque vis placituras a quibus sperant quicquam se conlecturos fore; aut silentio praetererunt, aut ambiguis verbis involvunt, aut fucis, & lenociniis deiniunt, temperant, & ad aures hominum, gratiamque captandam inflectunt. Quid, quae, iuvat religionem, eiusque arcana publice ostentare; si moralia eiusdem praecepta erubescis, si doctrinae sinceritatem adulterare, & Ethicae christianae austeritatem pigmentis, fucisque obscurare, contendis? Heu quam frequenter cuiusque conditionis homines in hoc delinunt mandatum! Modo loqui Dei sermones, occasione data, illos pudet; nunc mundanis il-

lecebris, voluptatibus, ludis, choreis, alisque inlautis mundi ludicris ipeiaculis inserviunt, ne videantur nimis liberi, sed ut blandi, mites, & in omnem sortam ductiles appareant. Doctrinam evangelicam temporum, & perionatum conditioni accommodant. Iustitiae partes implere negligunt, ne alicuius displiceant.

V. Peccatum hoc adversus praeceptum confitendi christianae Theologiae quae mores spectat, perniciosius non raro est ipso crimine contra praeceptum confitendi fidei. Utique crimen fidei confessioni oppositum gravissimum est, & quocumque flagitio, contrario tantum praeceptis moralis doctrinae, scelestius; si utrorumque natura absolute spectetur: ceterum si damna, scandala, poenitentiae difficultatem, aliaque innumera mala, quae peccatum erubescendi publicam confessionem Ethicae evangelicae consequuntur, serio animo reputentur, scelus conscientiam immanissimum. Meditare paulisper, quae mala profugant ex vano illo timore iustitiam sive commutantem, sive distribuentem, sive vindicantem administrandi, & publice exequendi, ne amicis, patronis, parentibus displiceas, neve ambitioni tuae, inique rationibus praedictum aliquod quod futurum praevides, inferas. Hinc sane innocentum opprobria, viduarum, pupillarumque lacrymae, & singultus; furta, rapinae, peculatus, homicidia impanita. Quae immensa damna compensare tenetur is qui sui officii, & professionis vi in victo pectore tenetur publice iustitiae partes suscipere.

VI. Recogita insuper, quae crimina perpetrant, quam animarum stragem pariunt Doctores illi qui arctam Iesu Christi viam manifestare, morum doctrinam evangelicam feverenter praesentes, mundanisque hominibus inselata praedicare vercundantur, ob inane respectum conturbandi, irritandique illos a quibus sibi aut timent, aut sperant. Quid de illis dicendum qui veritatem aenocentes, eam in corde occultant, labiisque fateri erubescunt, ne irideantur ab hominibus, quive doctrinis novis & peregrinis, desideris carnalibus, cupiditatibus avaritiae indulgere student, ut auram popularum aucupentur? Si fidei arcana erubescere in conspectu tyranni tormenta atrocissima, ipsaque mortem crudelissimam mirantur, maximum scelus est; leve ne crimen erit, si coram ipsis Catholicis fateri, & exequi evangelica mandata non ausis; non ut mortem, vel levia tormenta declines, sed

ne

ne sustineas aut unius verbi irrisionem, aut maledictorum detractiones, aut amecorum despectum, & contemptum, aut conlangueorum iram, & indignationem?

XII. Igitur ut mundi timores inanes, vaniloque respectus continere, ut terrena floccifacere, ut carni, & sanguini te opponere valeas ob iustam necessitatem evangelicam doctrinam manifestandi, promendi, iustam teclamque tuendi, animo tuo altius hac Scripturarum oracula infideant: Nolite time-

res eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timeat eum qui potest & corpus, & animam perdere in gehennam: Matth. x. An quereo hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christus servus non essem: ad Galat. i. Mihi pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die: ad Corinth. I. iv. Ipsi de mundo sunt; ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit: nos ex Deo sumus: I. Ioann. iv.

DISSERTATIO II.

DE INFIDELITATE

EJUSQUE VARIIS SPECIEBUS.

G A P U T I.

Varia infidelitatis acceptio. Tres sunt eiusdem species, paganismus, iudaismus, & heresis.

I. **T**Riplex est infidelitatis acceptio. Primo accipitur negative, secundo privative, tertio positive seu contrarie. Infidelitas negativa est mera fidei carentia in eo cui fides annunciata nullo modo est, aut saltem sufficienter praedicata non est. Haec poena, non peccatum est, ut inquit D. Thomas 2. 2. quae. x. art. 1. Si autem accipitur (infidelitas) secundum negationem puram, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis poena: quia talis ignorantia divinarum ex peccato primi parentis consecuta est. Qui autem sunt infideles, damnantur quidem propter alia peccata quae sine fide remitti non possunt; non autem damnantur propter infidelitatis peccatum. Hinc est quod loquens proposito praescripta ab Ecclesia est: *Infidelitas pure negativa in quibus Christus non est praedicatus, peccatum est.*

II. Privativa infidelitas est carentia fidei in eo qui aut fidei mysteria non vult audire, vel sufficienter sibi propositis assensum praestare recusat, cum debet; quamquam nec re ipsa positive dissentiat, nec errorem directe contrarium propugnet. Haec infidelitas dubio procul peccatum est: qui enim potest autem credere, cum fides sufficienter sibi proposita est: tenetur quoque credere.

Ergo, dum credere negligit, omittitque, peccat contra infidelitatis privative.

III. Infidelitas contraria, & positiva est carentia fidei in eo qui fidei sibi sufficienter propositae positive resistit, negando quicquam ad fidem pertinens, aut errorem fidei contrarium defendendo: & hoc est proprie infidelitatis crimen, inquit Angelicus loc. cit. *Alio modo potest intelligi infidelitas secundum contrarietatem ad fidem, quia scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam, secundum illud Isaia lxxxiii. Quis creditur auditui nostro? Et in hoc proprie perficitur ratio infidelitatis: & secundum hoc infidelitas est peccatum.* Hoc autem peccatum gravissimum est, quia per infidelitatem fundamentum auferretur aliarum virtutum, & radix praeciditur iustificationis, ut subdit Angelicus 2. 2. q. clxxii. art. 7. *Sicut fides est prima virtutum; ita infidelitas est ultimum peccatorum, ad quod homo quandoque per alia peccata perducitur.*

IV. Descripserit infidelitatis, quae peccatum est, triplicem speciem D. Thomas assignat 2. 2. quae. x. art. 5. *Cum enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest contingere dupliciter. Quia aut renititur fidei nondum suscepta; & talis infidelitas est Paganorum, seu Gentilium: aut renititur fidei christiana suscepta, vel in fi-*

G 4 gu-